



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Duo Tractatus**

**Moneta, Giampietro**

**Marburg, 1628**

IV. An Optio possit fieri per alium, seu an alius nomine meo possit optare.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)



rent, optare non possunt, & gaudere aliis juribus, & privilegiis, quæ presentibus competunt tam de jure communi, quam ex consuetudine, vel statuto, ut ait Franc. d. c. fin. in princip. num. 7. quod idem quoque sentire videtur Gig. d. q. 63. num. 16. dum ad Franc. se remittit. Inferitur denique solutio rationis Archid. & Jo. de Lig. d. c. fin. dum probare contendunt, absentes in servitiis Papæ, vel ecclesiæ optare non posse, quia consuetudo non sit extendenda, & simul etiam patet explicatio secundæ rationis per Dd. allatæ ad confirmationem nostræ sententiæ, ejusque solutio, quatenus nobis adversari videbatur, tenentibus contra eos, consuetudinem optandi non esse præter, sed contra jus. Quamquam & aliter ad illam responderi potest, quod nimirum consuetudo contra jus † tunc demum non extendatur ad casum fictum, quando ea ita contra jus est, ut vel ea ipsa à jure improberur, vel id saltem, quod per eam disponitur, directe & expresse reprobetur, non autem solum indirecte; consuetudo autem optandi † non est expresse improbata à jure, immo permessa, ac quodammodo approbata rationi, atque æquitati innititur, ut tradunt gloss. & Doct. d. cap. fin. & nos ostendimus, sup. cap. 2. quæst. 1. neque id, quod per hanc consuetudinem, & statutum inducitur, ut antiquiores eligant meliores præbendas, cum vacaverint, improbatum directe, & expresse à jure, sed solum indirecte, dum prohibet, ne beneficia sine canonica institutione obtineantur, & similia quib. d. cap. 2. q. 2. concl. 1. ostendimus, consuetudinem optandi esse non præter, sed contra jus.

QUÆRO QUARTO, ET POSTREMO, An optio possit fieri per alium, seu an alius nomine meo possit optare?

PRIMA CONCLUSIO. Potest quis † optare per procuratorem habentem speciale mandatum: ita ex hoc tex. colligunt hic Doct. communiter, inquit enim textus, possint, cum vacant, per se, vel per alios optare præbendas, & probatur, tum quia regula est, quod potest



53 test † quis per alium quod potest facere per seipsum  
*c. potest, quis de reg. jur. in 6.* & qui per alium facit, per  
 se ipsum facere videtur, *c. qui facit, eodem titul. cum si-*  
 54 *mil. tum quia † possunt per procuratorem fieri, quæ*  
 specialiter non prohibentur, §. I. *Instit. per quas perso-*  
*nas, l. i. §. casus autem. ff. de procur. cum ibi not. per. Doct.*  
 Et de hoc nulla est difficultas.

55 SECUNDA CONCLUSIO. Potest fieri optio † et  
 iam à procuratore, non habente speciale mandatum,  
 qui tamen constitutus sit cum libera, *juxta formam*  
*tex. in c. qui ad agendum de procur. in 6. ita Io. An. But.*  
*Gem. & Franc. d. c. fin. de consuet. in 6.* Ratio est, quia

56 hic procurator † æquiparatur habenti speciale manda-  
 tum, *ut habetur in d. c. qui ad agendum, immo & po-*  
 test, quæ potest dominus, *ut notant. gl. & Dd. in l. pro-*  
*curator omi. ff. de procurat.* Ad hoc idem allegant Doct.  
 præcit. *tex. in d. l. procurator, qui quidem optimus est,*  
 dicit enim ibi Paulus J. C. *procurator, cui generalis, &*

57 *libera administratio bonorum commissa est, poterit † ex-*  
 gere, novare, aliud pro alio permutare.

TERTIA CONCLUSIO. Si procurator habet  
 generale mandatum, vel negotiorum gestor optet no-

58 mine meo, & ego ratum habeam optionem, † valeat  
*ita Archid. Io. An. Gem. & Franc. d. c. fin. opt. tex. in l. i.*

59 *ego. ff. de neg. gest. ubi dominiū † pecuniæ solutæ nego-*  
 riorum gestori creditoris acquiritur creditori ratiha-  
 bitione per eum secuta, *& l. communis servus, §. si ff. de*  
*procur. ubi si procurator habens generale mandatum,*  
*ut vult gloss. vel ut Bart. & alii, nullum habens man-*  
 datum rem emat, acquiritur domino possessio, si ra-  
 tam habeat emtionem. Immo etiam forte idem erit,

60 † si quis nomine alterius optet, & is ratum habeat,  
*ut satis aperte tenent idem Archid. Ioan. An. Gem. &*  
*Franc. loc. cit. & facit tex. in c. accedens, de praben. & in*

61 *c. si tibi absenti, eod. tit. in 6. ubi potest quis † per aliū,*  
 seu alius pro eo de beneficio investiri, eique illud con-  
 ferri, licet is jus in beneficio non habeat, nisi secuta ac-  
 ceptatione, *ut dicitur in d. c. si tibi absenti, favebit etiam*  
 tex.



tex. in d. l. communis servus, §. si. de procur. secundum  
 intellectum Barr. & aliorum intelligentium de eo, qui  
 nullum habet mandatum: Facit & gloss. in c. nonnul-  
 li, §. sunt & alii, ibique Fel. num. 45. & alii dum volunt  
 ad impetrandum beneficium † non requiri manda- 62  
 rum saltem speciale. Facit demum tex. d. c. fin. dum ab-  
 solute permittit, quod per se, vel per alios possit fieri o-  
 ptio. Illud sane certum † mihi est, conjunctam perso- 63  
 nam siue mandato admitti debere ad optandum, ad-  
 mittitur enim in beneficialibus, † ut post Barr. & Imol. 64  
 voluit Fel. d. §. sunt & alii, num. 45. & 46. satisque col-  
 ligitur ex tex. d. §. sunt & alii, in fin. qui admittit con-  
 junctam personam etiam in rescriptis ad lites, in quo-  
 rum tamen impetratione paulo ante requirit spe-  
 ciale mandatum, quod in beneficialibus non requiri  
 mox ex Fel. & aliis diximus; & alias generaliter admit-  
 ti debet † conjuncta persona, si caveat de rato, ut pa- 65  
 ret ex tex. d. §. sunt & alii, & l. sed & ha, in princip. ff. de  
 procur. ubi Dd. Covar. lib. 1. var. resol. cap. 6. nu. 5. Ni-  
 col. Moz. tract. de contract. tit. de mandat. num. 23. Sunt  
 autem † hæ personæ conjunctæ, quæ sine mandato 66  
 admittuntur parentes, liberi, fratres, affines & liberti,  
 ut habetur in d. l. sed & ha, in princip. ff. de procur. cum  
 hoc discrimine, † quod ascendentes & descendentes 67  
 admittuntur usque in infinitum, ut voluit ibi gloss. in  
 verbo, liberi, ceteri conjuncti intelligantur, & admit-  
 tuntur usque ad quantum gradum, ut probat Fel. d. §.  
 sunt & alii, nu. 60. Bald. & Doct. d. l. sed & ha, & Co-  
 var. d. num. 5. in princip. ultra quartum autem gradum  
 arbitrium est judici, qui dicantur conjuncti, ut ibid.  
 dicit Fel. & num. precedenti, ubi etiam post Abb. num.  
 10. & alios tradit, ultra quartum gradum attendi debe-  
 re consuetudinem patriæ, vel etiam curiæ, in qua fa-  
 cienda est impetratio, & præterea affectionem, quod  
 & late ostendit Menoch. de arbit. jud. lib. 2. centur. 2.  
 casu 146. num. 5. 6. & 8. Secus autem dicendum erit † 68  
 de canonico, aut alias conjuncto conjunctione spiri-  
 tuali; nam non poterit pro alio sine mandato impe-  
 trare,

trare,



trare, aut acceptare beneficium, ut in specie traduntur  
*Specul. tit. de rescript. presentatione, §. ratione autem im-*  
*petrantis, vers. sed nunquid canonicus, Io. An. d. §. sum-*  
*Galii, & ibi late Fel. num. 55.* quare idem dicendum e-  
 rit in optione. In omnem vero casum etiam in con-  
 69 juncta persona carnali conjunctione † requiritur ra-  
 tihabitio, ut post *Host. Io. An. & Imo. in c. ex parte, de*  
*rescript. tradit Fel. d. §. sunt & alii, num. 53.* illudque so-  
 lum differt à ceteris, quod sine mandato cum cautio-  
 ne de rato omnino admitti debet, ut ex *Doct. sup. cit. li-*  
*quet.* Quod si queratur, An interim, dum sequitur ra-  
 tificatio optionis per antiquiores, juniores possint o-  
 70 ptare? Respondeo, probabile mihi esse, † quod abso-  
 lute optare non possint, arg. *tex. cum ibi not. in c. si tibi*  
*absenti, de præb. in 6.* ubi collator non potest resilire à  
 collatione per alium absenti facta, nec potest fieri alia  
 collatio pendente acceptatione, seu tempore ad ac-  
 ceptandum, quod idem fere habetur in *clm. cum ei quis*  
*§. secus, cum ibi trad. per Card. & alios, de concess. præ-*  
*bend. conditionaliter vero poterunt, sic, ubi per anti-*  
 quorem optio non ratificetur, vel non intra debitum  
 tempus opto vacantem præbendam, per *ea, quæ dicuntur*  
*inf. cap. seq. q. 1. concl. 1. & cap. 6. q. 3. ad f. rem.*

## SUMMÆ RERUM.

- 1 Optionem gradatim fieri quot modis accipi possit. 20
- 2 Antiquiores canonici regulariter prius optare de-  
 bent, quam juniores. 21
- 3 Antiquior canonicus si differat optare intra debitum  
 tempus vacantem præbendam, quomodo eam pos-  
 sit optare junior. 22
- 4 Agnitio bonorum possessionis, facta per sequentem in  
 gradu intra tempus primi, operatur effectum  
 suum, ubi prior non agnoscat. 23
- 5 Expectans posterior in data acceptans intra mensuram  
 primi, non tenetur amplius acceptare in suo men-  
 se, ubi primus debito tempore non accepit. 24



- 6 Optans domum, vel prabendam videtur necessario habere debere, quod dimittat. Contrarium num. seq.
- 8 Melius est habere, quam non habere.
- 9 Minus solutum intelligitur, quamvis nihil solutum sit.
- 10 Dictio, seu verbum, amplius, ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur.
- 11 Contingentia ut plurimum attendenda sunt.
- 12 Antiquior canonicus, qui postea mutavit prabendam per collationem, & impetrationem in eadem ecclesia, posterior est in optando ei, qui medio tempore receptus fuit.
- 13 Antiquiore canonico non optante vacantem prabendam, optat sequens, & sic deinceps.
- 14 Dictio, gradatim, in tex. cap. fin. de consuet. in 6. quomodo proprie sumitur.
- 15 Antiquiore optante vacantem prabendam, sequens optare potest prabendam ab eo dimissam, & sic ceteri gradatim.
- 16 Præbendarum, & canonicorum varii ordines & gradus, & duob. num. seqq.
- 18 Præbende aliquibus in locis alia subdiaconales, alia diaconales, alia presbyterales.
- 19 Dignitates quædam sunt in ecclesiis collegiatis, & quæ illæ sint.
- 20 Ordo aliquis annexus fuerit præbendis de jure antiquo.
- 21 Ordo certus annexus erat etiam de jure antiquo dignitatibus.
- 22 Subdiaconus esse debet canonicus, ut habeat vocem in Capitulo.
- 23 Præbendis seu canonicatibus cathedralium ex jure Conc. Tridentini debet esse annexus certus ordo subdiaconatus, diaconatus, vel presbyteratus.
- 24 Canonici præbendati, ac dignitates debent infra annum suscipere ordinem requisitum; & in ea ætate esse constituti, ut illum intra idem tempus possint



- possint suscipere. numero 25.
- 26 Optio locum habere potest ex speciali consuetudine, ubi prabenda sunt diversorum generum.
- 27 Optio locum non habet de uno ordine ad alium in cathedralibus, ubi ex Conc. Trident. dispositione certus ordo sacer prabendis, vel potius canonicatibus annexus est: secus in aliis ecclesiis collegiatis, ubi ex sola consuetudine, vel statuto certus ordo prabendis annexus sit. Item in dignitatibus, qua non sint reservata, aut si specialis consuetudo inducta sit post Concilium Trid. ut intra diversos ordines fiat optio. num. 28.
- 29 Optans debet admitti per Capitulum, vel eum, qui praest. Capitulo, nisi tamen hac solemnitas contraria consuetudine sublata sit. numero 30. Immo forte non requiritur etiam tacitus consensus Capituli, sed sufficit notificare Capitulo optionem. num. 31.
- 32 Collatio, aut investitura non requiritur in optione.
- 33 Apprehensio possessionis an sit necessaria in optione prabenda, aut domus, & num. 36.
- 34 Ius in beneficio acquiritur per solam collationem ante apprehensionem possessionis.
- 35 Apprehensio possessionis post collationem beneficii necessaria sit, & ad quid profit.
- 37 Possessio beneficii & prabenda, seu domus optata, non à nemine detineatur, possit capi propria auctoritate.
- 38 Possessio beneficii capi debet ad cornu altaris, secus in prabenda optata.
- 39 Apprehensa possessione prabenda non censetur apprehensa possessio domus optata, neq; apprehenso uno fundo est apprehensus alter.
- 40 Possessio beneficii seu prabenda, aut domus optata intra quantum tempus capi debeat, remittitur arbitrio iudicis.